

ADDENDA

I

De codice SIRACUSA, BIBLIOTECA ALAGONIANA, ms 15 (cf. I, LXXIV n. 8) p. Didacus Ciccarelli haec nobis retulit :

Membr., saec. XIV-XV, mm. 180 x 120, binis columnnis, a pluribus librariis descriptus.

In f. 120^v haec leguntur : “Iste cartabellus est ad usum fratris Bartholomei ordinis minorum, quem donavit sibi frater Paulus de Rocca”.

In senione ibidem inserto (ff. 104^{ra} – 115^{vb}) codex continet *Sermones festivos* s. Antonii Patavini a festo in Nativitate Domini ad festum sanctorum Innocentium; inscr. : “Incipiunt Sermones festivi sanctissimi et beatissimi Antonii presbyteri et confessoris de ordine minorum fratrum, boni, utilissimi et devoti, ad omnes homines”; inc. : “In illo tempore : Exiit edictum - In hoc evangelio tria notantur, scilicet orbis descriptio” (= I,1,1); expl. mutilus : “sed in aere capiunt escam” (= III,44,32)¹.

II

In summo margine superiore f. 56^v codicis Padova, Biblioteca Antoniana, ms 417, saec. XIII², lector quidam annotavit haec verba s. Antonii, quae leguntur in sermone diminicae in Quadagesima:

Quidam: “Heu ! Heu ! captivorum libertas traditur, angelorum gloria illuditur, omnium Deud fragellatur, speculum sine macula et candor lucis eterne conspuitur, moriencium vita occiditur, et quid nobis miseris ulterius restat agendum, nisi ut eamus et moriamur cum illo?” (= I,51,9-12)³.

III

Notandum hic aestimamus, prout iam in nota 49 voluminis II,361 scripsimus, quod collatio ibi in lineis 20-23 contenta nusquam occurrit in *Sermonibus* s. Antonii.

Ab isto loco : *Fode parietem*, usque : *depicta erant in pariete per totum*, quaere in sermone: *Sume tibi aromata et stacten*, qui dicitur *In capite iuuniit*⁴.

IV

In nota 3 voluminis I, p. CXXXI adde : G. Stano, S. Antonius Patavinus Doctor Ecclesiae, “Miscellanea francescana”, 46 (1946), 31-39.

¹ De hoc codice p. Ciccarelli amplius dicturus est in “Il Santo”.

² Codex continet *Sermones dominicales* fratris Lucae de Bitonto (ABATE-LUISETTO, *Codici e manoscritti*, I, 347).

³ Cf. R. ZANOCCHI, *La questione del b. Luca Belludi e de' suoi Sermoni*, “Bollettino diocesano di Padova”, 10 (1925), 395-396; R. ZANOCCHI, *Il processo per la beatificazione equipollente di fate Luca Belludi, e la questione dei Sermoni*, “Bollettino diocesano di Padova”, 12 (1927), 499-500: auctor tamen sat clare non dicit haec verba s. Antonii ad modum glossae in margine adiecta esse et ad textum non pertinere. Notandum quod *Sermones* fratris Lucae de Bitonto in Catalogo Bibliothecae Antonianae anni 1396 tribuuntur fratri Luca (Belludi), socio s. Antonii (ZANOCCHI, *La questione del b. Luca Belludi*, 391; HUMPHREYS, *The library*, 55 n° 289).

⁴ De quaestione cf. etiam CANTINI, *De collationibus*, 510.